

Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I. U. D. & Profess. P. Ad Exequias Quas Virgini ... Annae Elisabethae von Bassevitzzen/ Mater ... vidua parat; On aedem D. Mariae ad horam meridici tertiam Cives omnium ordinum suos peramanter ac serio invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746825897>

Druck Freier  Zugang




Rhane, H.,


in A. E. v. Bassevitz.


R. 1638.

83

in part.







436.
RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profefs. P.

AD EXEQVIAS

Quas

VIRGINI

*Nobilissima omniumq; sui sexus Virtutum
splendore clarissima*

ANNÆ ELISABETHÆ
von Bassebitzen/

Mater afflictissima, vidua parat;
In adem D. Maria ad horam meridiei tertiam
Cives omnium ordinum suos perma-
nenter ac serio invitat.



3.
R O S T O C H I,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno M DC XXXIIX.

RECTOR

Universitatis Rostochensis

HENRICVS RHANE

J. U. D. & Prof. P.

et aliorum

Magistri

Magistri

Mobilissime omniumque Jurisconsultorum

Magistri

ANNE BARBETHE



Magister

in rebus D. Magistri

Cives omnium ordinum hinc per-

magistri

Rostoch.

Typis Nicolai Kunze Typogr.

Anno DC XXXIII



SI cuiquam funestæ & nobili fami-
liæ præstare hoc, quod petitur, of-
ficij genus, & flere cum flentibus,
æquum fuit, Academiæ cives, me-
ruit BASSEVITZIORUM nomē,
meruit nobilissima nec unquam satis laudata
mater, meruit illa, cujus causa scribimus, quam
optime educata filia ANNA ELISABETHA, adole-
scens virgo, sexus generisq; sui immortale decus,
Cū n, rarissima aliàs virtus totoq; orbe exul fa-
cta, prima postrema laudationum sit, & humiles
attollat, pretiumq; omnium vitæ sola ponat;
facile intelligitur, quanta nunc jactura facta
sit, postquam illud nobilitatis delictum è me-
dio nobis ereptum est, quod in exemplum na-
sci, atq; eò diutius superesse debuit. Cujus cum
ista cogitata factaq; se ostenderint, quæ grandē
sæpe deslituunt ætatem, quæq; in ceteris tam
cupide, tantaq; cum anxietate requirimus;
nemo equidem fuerit, qui non alijs precari tam
breves annos, huic autem genere ac virtutibus
nobilissimæ virgini præmaturum vitæ exitum,
invidere prorsus cuperet. Est enim, sicut in ce-
teris ordinibus, deinceps in nobilitate necessa-

Ddd 2

rium

rium, ut exempla magis, quam nomina & tituli
exstent. Postquã eousq; corrupta omnia sunt,
ut qui alios dignatione præstât, turpitudine se ac
lasciviã, omniq; animi impotẽtia facere debere
existimẽt. Utpote quibus nihil eximium ac no-
bile videtur, nisi quod à virtute, tanquam com-
muni præmio alienum & quam maxime pro-
cul sit, quiq; inter vilitatis causas habent, ex sa-
pientum habitu & præscripto vivere. Equi-
dem Academiã civis, nescio quo ducta confi-
lio sedecim annorũ tenerima virgo tam longẽ
abierit, à consuetudine sodalium suarum, ut mi-
nimum deliciis, molliciei, fastui, alijsq; dulceibq;
iis præsertim vitijs tribueret, quã nunc in mo-
res abierunt, & vix quidem reprehendere aut
digito demonstrare audemus. Neq; enim con-
temnere præ se civile decus, aut abjicere, neq;
proavis suis, generisq; antiquitate, aut corpo-
ris sese fortunãq; dotibus, imo neq; ipsa virtu-
te, quod facile est generosioribus, attollere; ista
agere solebat, quã natu majores admirari, cole-
re æquales, nec aliã unquam criminari scirent,
nisi quibus & animi ulcera & linguã virus ma-
la omnia imperarent. Et videbatur naturã ab-
horrere à consuetudine horum temporũ, ut, si
mores illius privatos cum publicis conferas,

non

nō nostro seculo natam existimes. Frugalitate nō
modestiā, pietate, omniq; innocētia, veterū no-
bis beatā ac sinceram ætatem approbabat. Ma-
tri obsequens ac deditissima filia, neq; placitura
sibi ipsi, nisi ad illius nutū componeretur. Quo
pacto omnes hauriebat animi dotes, & quas na-
scendo attulerat, pulchre exornabat. Ea enim,
matris virtus est, ut nemini rectius educatio suo-
rum convenire possit. Cum aliæ corrumpunt
filias, blandaq; indulgentia in luxū ac mollici-
em fingunt, nobilissima hæc matrona seriatim,
accuratamq; legem tenuit, qua liberi profice-
rent. A teneris enim assuefecit, per quæ cete-
ri anni & faciles & laudatissimi existerent. Non
alienum sit à gloria prudentissimæ Matris, vete-
rum morem attexere, cujus tanta domi argu-
menta edidit, ut, quales liberos habitura esset,
facile tum simul intelligeretur. *Et jam primum*
(inquit ille vicennalis principum pueorum
præceptor) *suis cuiq; filius ex casta parente, natq;*
nō in cella emta nutricis, sed gremio ac sinu matris
educabatur, cujus præcipua laus erat, tueri domum
& inservire liberis. Eligebatur autem aliqua ma-
ior natu propinqua, cujus probatis spectatisq;
moribus omnis ejuspiam familiae soboles commit-
teretur: coram qua neq; dicere fas erat, quod tur-

Ddd 3

pc,


pe dictu, neq; facere, quod inhonestum factum vide-
retur. Ac non studia modo curasq;, sed remissio-
nes etiam lususq; puerorum sanctitate quadam ac
verecundia temperabat. Sic Corneliam Graccho-
rum, sic Aureliam Cesaris, sic Attiam Augusti
matrem praeuisse educationibus, ac produxisse prin-
cipes liberos, accepimus. Quae disciplina ac seve-
ritas eo pertinebat, ut sincera & integra, & nullis
prauitatibus detorta unius cuiusq; natura toto sta-
tim pectore arriperet artes honestas. Siue ad rem
militarem siue ad juris scientiam siue ad eloquen-
tia studium inclinasset, id solum ageret, id uniuersum
hauriret. At nunc, pergit idem, natus infans de-
legatur Gracula alicui ancilla, cui adiungitur unus
aut alter ex omnibus seruis, plerumq; vilissimus,
nec cuiquam serio ministerio accommodatus. Ho-
rum fabulis & erroribus teneri statim & rudes a-
nimi imbuuntur. Nec quisquam in tota domo pensi
habet, quid coram infante domino aut dicat aut faci-
at: quando etiam ipsi parentes nec probitati neq;
modestiae paruos assuefaciunt, sed lasciuiae & li-
bertati, per quae paulatim impudentia irrepit &
sui alieniq; contemptus. Equidem nihil potest
tam simile esse & horum temporum pessimis,
optimis autem nobilissimae genetricis moribus.
Quae ceteram nobilitatis disciplinam maxime


avcr-


averſata, id unice operam curioſe dedit, ut in filiis ſimiliter primi ſtatim anni ad literarum gloriam ſingerentur, prognatae autem ſuae acciperent omnia, quibus & tueri domum, & inſervire liberis aliquando ſcirent. Viderique poſſe indigniſſimum mortis facinus, quae tam probe educatam adoleſcentulam, exemplar matris, familiae decus, & futuram ſimiliter prudentiſſimam matrem e medio ſuſtulit. Nam quae alia ſeſe ſpes oſtendebat, cum nec alia, niſi laudatiſſima, ſemper viderentur? Noſtri ſexus educationem in fratribus diſcebat, quos ad illum, quem exſcripſimus morem, ſtudioſe habuit mater, nec alios fore laetari ac confidere etiamnum poſſe, quam patriae quaedam rara olim & ſingularia ornamenta. Caetera, quae in ſuo ſexu, in ſeconda familia & reliquis vitae partibus ſpectantur, non poterant feliciter accipi a filia, quam imitatione ejus, ad quam etiam natura ducit. Dum enim in ſinu genetricum atque indulgentia adoleſcunt filiae; ad vultum, atque ora prorsus aſſueſcunt, meditanturque genitricum mores, & conſuetudine inferunt penitus ſibi. Hoc in filia perquam illuſtre extitit. Quae non tam aſſurgebat ad matris gloriam, quam tranſitura videri poterat. Praecipientibus ſeſe annis, & cuncta properantibus.


bus.

bus, Et de aliis paullo ante per elogia & summas diximus; pietatem silere nullo modo possumus. Hæc tanta erat, ut nata in maximæ cujusdam familiæ præsidium videretur. Nam & septima jam vice, ista ætate, SS. Biblia, tam spissum volumen, perlegerat; opera quidem minime perfunctoria aut superforaneâ. Quippe quæ ad vitæ præcepta capitæ; fidei attentissima, jam ultro ac sponte sua, exciperet & commentari sciret, sæpeq; animo aut memoria præveniret concionantē. Utiq; si quid esset quod afferretur doctè & mediatè, id codicillis ac pugillaribus suis inter auditiones statim inserere, postea, cū domū venisset, in Cōmentarios libros trāsferre, & magna cura rescribere, ac repetere cum familia. Isti a studio, quicquid aliæ res non abriperent, omne tempus, etiā quod ceteris in ludicro ac remissionibus est, tribuebat. Habes fructum pietatis, Nobilissima adolescens, quæ optimam partem elegisti cum Maria, Marthasq; hujus seculi prorsus aspernata es. Excepit te Deus omnibus periculis, istoq; ex durissimo seculo, in quod ultima omnia velut agmine quodam irruunt, Non miles te, non ætas, non forma, non ipsa illa pudicitia, in visum prorsus maleq; sapius cupitum decus, nihil in-
do-









aversata, id unice operam curiose ded
lijs similiter primi statim anni ad liter
riam fingerentur, prognatae autem su
rent omnia, quibus & tueri domum, &
liberis aliquando scirent, Videriq; p
gnissimum mortis facinus, quæ tam p
catam adolescentulam, exemplar mat
liæ decus, & futuram similiter pruden
matrem è medio sustulit. Nam quæ
spes ostendebat, cum nec alia, nisi laus
semper viderentur? Nostri sexus edu
in fratribus discebat, quos ad istum,
scripsimus morem, studiose habuit ma
alios fore lætari ac confidere etiam n
quam patriæ quædam rara olim & sing
namenta. Cætera, quæ in suo sexu, in
familia & reliquis vitæ partibus specta
poterant feliciter accipi a filia, quam in
ejus, ad quam etiam natura ducit. Du
in sinu genetricum atq; indulgentia a
filia; ad vultum, atq; ora prorsus ass
meditanturq; genuinos mores, & con
ne inserunt penitus sibi. Hoc in filia
illustre extitit. Quæ non tam assu
matris gloriam, quam transitura videri
Præcipientibus sese annis, & cuncta pro

